

Romae 6 Martii 1608. Secr. Congr. S. Indulgentiarum

Congregatio Illustrissimorum et Reverendissimorum
 S. R. E. Cardinalium a Sanctissimo D. N. Paulo divina
 Providentia Papa V Indulgentiarum moderationi praefecta,
 cum accepisset nonnullor Archiepiscopatum, aliae
 Urbis ministros et Libros potentibus Aggregationem
 expediendis necesse, a Confaternitatibus aggregandis,
 eorumve procuratoribus praetendere, et extorquere, contra
 fel. record. Clementis VIII hoc de genere editae Constitutionis dis-
 positionem, qua expresse cautum fuit, ut Liberae
 huiusmodi ab Ordinibus, Religiosis, Institutis, seu Archi-
 confaternitatibus, et Congregationibus gratis omnino,
 ac nulla prorsus mercede etiam a sponte dentibus
 accepta expediri, et concedi debeant; si vero illorum
 ministri, Superiores vel Officiales quocumque nomine
 nuncupati, quavis auctoritate, privilegio et officio fungan-
 tur, et praesulgeant, contravenire praesumpserint, exactiones,
 institutiones, Indulgentiarum, etc. communicationes, nec
 non aggregationes per ipsos faciendae seu revocandae
 nullius sint roboris ac momenti, et quilibet eorum
 ministrorum, et Superiorum, et Officiorum et aliorum
 praedictorum, privationis officiorum, quae obtinet, ac
 inhabilitatis ad illa, et alia in posterum obtinenda
 poenam, quae ab aliis quam a Romano Pontifice remitti
 non possit, incurrat ex ipso: Ne abusus huiusmodi ulterius

serpere. ipsasque Archiconfraternitates sumptibus prop-
terea faciendis minimum gravari patiantur. speciali
Sanctitati suae ordine voci oraculo habito, praecipat.
ac mandat omnibus, et singulis eandem Archiconfra-
ternitatem, tam Saecularium, quam cuiusvis Ordinis,
etiam mendicantium, Regularium praefectis, Administra-
toribus, ministris, Officialibus, et Superioribus cuiusvis
conditionis, gradus et status, ne pro eandem Libere
expeditioe, seu potius expensis desuper faciendis (compu-
tatis pergamena, scriptura, vel impressionis stipendiis, sigil-
lorum capsulis, chordulis, cera, Secretarij notarijque
labore, vel mercede, aliisque omnibus) ultra scutum
unum aureum pro singula aggregatioe, institutioe,
vel confirmatioe exigere, vel quovis praetextu etiam
merae elemosinae, vel (ut aiunt) recognitionis, etiam
ante Constitutioe praedictae promulgationem, ut alias
qualibet ratioe, vel colore debitorum, vel praesentiae, neque
a sponte donantibus, ullo pacto recipere, aut eant sub
isdem in dicta Constitutioe contentis poenis, quos S. D. N.
iussu, praesenti decreto renovat, atque adeo etiam priores
facultatis Confraternitates aggregandi, seu instituendi respectus
eo ipso incurrentibus, quovisunque Sanctitati suae, et Sedis
Apostolicae arbitrio in poenales poenis. - Datum Romae 6 Mart. 1608

R. Carol. Bellarminus

Antonius Episcop. Anagninus, Secretarius

LUC. FERRARIS, Prompta bibliotheca vol I ed. Ven. 1778,

pag 190^b - 191^a i. v. confraternitas.